



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1846

CXXXIV. Markgraf Ludwig verpflichtet die Juden in Gardelegen, ihm das seinen Vorgängern gezahlte Jahrgeld zu entrichten, im J. 1344.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54572](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54572)

CXXXIV. Markgraf Ludwig verpflichtet die Juden in Gardelegen, ihm das seinen Vorgängern gezahlte Jahrgeld zu entrichten, im J. 1344.

Nouerint etc. Quod nos etc. Singulis et vniuersis indeis, ciuitatis nostre gardeleuen in habitatoribus, presentibus et futuris, talem contulimus et presentibus conferimus gratiam specialem, ut eam quam Illustribus principibus antiquis marchionibus brandenb. predecessoribus nostris bone memorie dederunt annuam pensionem nobis nostris heredibus et successoribus dare debeant annis succedentibus in futurum etc.

Nach dem Copialbuche der Vogtei Arneburg Nr. CXLIII. — Ludwig, Reliq. Mspt. VII. 119.

CXXXV. Markgraf Ludwig verleiht den Gardelegener Bürgern Walter Niendorf u. Barthold von Berghe Gericht und Patronat im Dorfe Estede zu gesammter Hand, am 15. Jan. 1345.

Nouerint etc. Quod nos etc. Contulimus etc. Discretis viris walthero nyendorph et suis fratribus, Bertoldo de Berghe suisque fratribus ciuibus ciuitatis gardeleue, fidelibus nostris dilectis, manu coniuncta ipsorumque veris etc. In villa Estede supremum iudicium et infimum in campis et metis ville cum iure patronatus ville eiusdem, que hactenus a magnifico principe Ottone duce brunswicensi nomine pignoris tenuerunt, a nobis in antea iusto pheodi titulo perpetuis temporibus sine inquietatione qualibet quiete et pacifice possidenda. Pro qua quidem collatione nobis per prenotatos in XX marcis argenti brandenb. integraliter est satisfactum. In cuius etc. testes Buch, Swyker, Aluesleuen, Ger. Wolf cum ceteris. Dat. Stendal anno M. CCC. XLV. Sabbato post octauas Epyphanie domini.

Nach dem Copialbuche der Vogtei Arneburg Nr. CLXXV. — Ludwig, Reliq. Mspt. VII. 132.

CXXXVI. Markgraf Ludwig dotirt den Marienaltar in der Marienkirche zu Gardelegen, am 15. Juni 1345.

Nouerint etc. Quod nos etc. Ob honorem et reuerentiam omnipotentis dei, gloriose virginis marie et omnium sanctorum nec non ob iugem et perhennem animarum illustrium principum marchionum brandenburgenſium predecesorum nostrorum bone recordationis, nostri, heredum et successorum nostrorum memoriam appropriauimus et appropriare decreuimus per presentes VIII frustra reddituum annuorum sita in villis subnotatis, videlicet III choros siliginis in Estede sitos supra curiam hermani de stockin et III choros siliginis in ketzik supra curias kopponis de holthufen et sui confinis seu vicini, nec non in villa Lindsted duos choros minus tribus modiis, quorum medietas est triticum et alia pars siligo, qui vulgariter dicuntur wuzt, ad altare beate virginis marie virginis et sancte crucis, fundatum, locatum et dedicatum in ecclesia dicte virginis Marie ciuitatis nostre Gardeleben, perpetuis temporibus pacifice et quiete sine inquietatione qualibet pertinendos. Renunciantes renunciacione sollempni omni iuri etc. Transferentes quoque ius patronatus siue ius presentandi dicti altaris in discretum